Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



I o

syon. et in iherusalem erit saluatio
sicut dixit dominus et in residuis
quos uocauit dominus. Quia ecce
in diebus illis et in tempore illo. cum
captiuitatem iuda et iherusalem conuer
tero. congregabo omnes gentes et
deducam eas in ualle iosaphat et
disceptabo cum eis ibi. super populo
meo et hereditate mea israel quos
dispserunt in nationibus. et terram
meam diuiserunt. et super populum
meum miserunt sortem. Et posu
erunt puerum in prostibulum et
puellam uendiderunt pro uino ut
biberent. Verum quid uobis et mi
tyrus et sydon et omnis terminus
palestinorum. Numquid ultionem uos
reddetis michi. Et si ulciscerimini
uos contra me cito. uelociter redda
uicissitudinem uobis super caput ue
strum. Argentum enim meum et au
rum tulistis et desiderabilia mea et
pulcherrima intulistis in delubra
uestra. et filios iuda et filias iheru
salem uendidistis filiis grecorum
ut longe faceretis eos de finibus suis
Ecce ego suscitabo eos de loco in quo
uendidistis eos. et conuertam retri
butionem vestram in caput uestrum
Et uendam filios uestros et filias
uestras in manibus filiorum iuda
et uenundabunt eos sabeis genti
longinque. quia dominus locutus
est. Clamate hoc in gentibus. sanc
tificate bellum suscitate robustos
ascendant omnes uiri bellatores
Conscidite aratra uestra in gladi
os et ligones uestros in lanceas. In
firmus dicat quia ego fortis sum
Erumpite et uenite omnes gentes
de circuitu. et congregamini. ibi occum
bere faciet dominus robustos tu
os. Consurgant et ascendant gen
tes in uallem iosaphat. quia ibi se
debo ut iudicem omnes gentes in
circuitu. Mittite falces quoniam
maturuit messis. Venite et descen
dite quia plenum est torcular. Ex
uberant torcularia quia multipli
cata est malicia eorum. Populi po
puli in ualle consionis. quia iuxta
est dies domini in ualle concisionis
Sol et luna obtenebrati sunt. et
stelle retraxerunt splendorem su
um. Et dominus de syon rugiet et
de iherusalem dabit uocem suam
Et mouebuntur celi et terra et domi
nus spes populi sui et fortitudo fili
orum israel. Et scietis quia ego dominus
deus uester habitans in syon in monte
sancto meo. Et erit iherusalem et
sancta et alieni non transibunt per
eam amplius. Et erit in die illa
stillabunt montes dulcedinem et
omnes colles fluant lacte et per
omnes riuos iuda ibunt aque et
fons de domo domini egredietur
et irrigabit torrentem spinarum
Egiptus in desolationem erit. et y
dumea ~~in desolationem~~ in desertum
perditionis. Pro eo quod inique
egerunt in filios iuda. et effuderunt
sanguinem innocentem in terra sua
et iudea in eternum inhabitabitur
et iherusalem in generationem et gene
rationem. et mundabo sanguinem eorum

quem non mundauerunt. et dominus